

QUO SUCCESSU. ALII QUIDEM DISCUNT.

A Cito, Facile, Dociles.

Εὐδοκίος à Græcis dicitur, qui bonitate ingenii multa breui percepit, inquit Cal. lib. 19. cap. 9. Antiqui. lect. dicitur & Quædam. Vide Tit. Linguarum studium, item, Lectionis profectus.

CYRUS Persarum rex ad annum usque duodecimum, Persarum institutus disciplina, palam aequalibus universis præstabat cum dicendi, quæ necesse foret celeritate, tum singula præclarè, viriliterque gerendo. Xenoph. de Inst. Cyri. 1.

ISOCRATES Rhetor in acerrimo ingenio Theopompi, & lenissimo Ephori, alteri se calcaria adhiberet, alteri franos dixit. Cicero in Bruto.

ARISTOTELES inter omnes Platonis discipulos summè doctus fuit. Itaque Plato de Xenocrate, & Aristotele dicere solebat: Cui equo quem asinum adjungo? & Aristotelem quidem frano, Xenocratem verò calcariis egere asserbat. Laert. in vita Xenocratis.

B THEOPHRASTUS inter Aristotelis discipulos ingeniosissimus fuit. Itaque Aristoteles de Theophrasto, & Callisthene idem dicebat, quod de Xenocrate, & Aristotele Plato. Laert. in vita Theophrasti.

GALENUS Pergamensis, anno ætatis xv. liberales artes jam percreperat, & decimo septimo ad medicinam se contulit, sic ut præceptoribus etiam in iudicando, & inveniendi superior esset.

RHEMIUS Palæmon Vincentinus, mulieris verna, dum herilem filium in scholas comitatur, litteras didicit. Vide Tit. Grammat.

PETRONIANUS Valerius ætatis anno III. ac xx. humanum tenuit jus, ac divinum, medicina nec imperitus, ut civilia præteream, & toties obitas legationes. Cell. 19. c. 9. A. L.

EPHAPHANES, filius Carpocratis hæretici, Gnosticorum patris, tam præclaro fuit ingenio, ut xvii. ætatis an. quo etiam obiit, omnes disciplinas ad unguem à patre suo hausserit, & in philosophia Platonica excellentissimus fuerit. Eam ob rem Sama Cephalenæ urbs divinis honoribus illum post mortem affecit. Vide catalogum Hæreticorum.

C JULIANUS Imp. puer etiamnum incredibili vi ingenii, quicquid librorum proferebatur, memoria complectebatur, ita ut præcæm eruditionem agrè ferre magistri videretur, quasi non haberent, quod puero instillarent. Eunap. de Maximo.

JAMBlichus philosophus Pythagoricus, à Calcide Syria Porphyrii discipulus, Constantini Magni tempore, tam ingeniosus fuit, ut brevi tempore secundas post præceptorem Romæ obtineret, nec ab eo quicquam dissete videretur, quo ad doctrinam. Eunap. in ejus vita.

GREGORIUS Siculus, in vico, qui Prætorius dicitur, propè Agrigentum natus, octavo ætatis anno apud Damianum grammaticum cepit litteras discere: & quadriennio tantum profecit, ut in clericum reciperetur. Inde Hierosolymis à Macario episcopo diaconus factus, tandem Romæ Agrigentinus episcopus creatus est, singulari sanctimonia, pietate, & miraculis clarus, post annum Christi sexcentimum. Metaphr. in vita ejus.

AVICENNA mira ingenii felicitate, annos natus decem, & octo, Logica, Mathematica, Physica, Divina, jam omnia ad unguem tenebat. Serap. Arabi.

EPHANIUS, qui postea Ticensis fuit Episcopus: cum vix octavam attingisset annum, Lector in Ecclesia ab Episcopo D Crispino constitutus fuit. Vide Tit. Doctorem Ecclesiæ.

PETRUS BELFORTIS Lemovicensis Cardinalis à Clemente VI. parvo creatus est, vix decimum septimum annum attingens, & ne videretur carni, ac sanguini magis, quam Ecclesiæ consuliisse Pontifex, eundem ad exquisitissimos doctores, maximè verò ad Baldum, qui tum Perusii legebat, disciplinæ gratia misit: ubi tantum in quovis genere doctrinæ profecit, ut idem Baldus ejus auctoritate in confirmandis rebus dubiis plerumque uteretur. Hic demum Urbano V. successit in Pontificatu sub nomine Gregorii XI. & exulantem in Gallis sedem Apostolicam lxx. annis, Romam reduxit, anno Salutis 1374. Platina.

BARTOLI de seipso testimonium in d. l. quidam cum filium, ff. de verb. oblig. est hujusmodi: Habui magistrum, qui me primas litteras docuit, Petrum de Alifio, qui sua doctrina me talem reddidit, ut in 13. ann. ætatis meæ ceperim jura audire sub domino Cino de Pistorio in civitate Perusii: sub quo ita profeci, ut xx. anno Bononiæ repetendo, & disputando pu-

blicè de jure responderim, & anno 21. Doctor creatus sim. Hotom. de verb. juris. Angelus de Ubaldis Perusinus, anno ætatis 23. doctoratus insignia sumptis, & publicè Jura proficere cepit.

JOAN. PICUS MIRANDULANUS prompto ad eò ingenio erat, ut audita semel à recitante carmina, directò, & retrogrado ordine mira omnium admiratione recenseret, tenacissimaque retineret memoria, quod cæteris contra evenire solet. Nam qui celeris sunt ingenio, natura fieri solet, ut non multum memoria valeant: qui verò cum labore percipiunt, tenaciores præceptorum evadunt. Joan. Francis. in ejus vita.

RODOLPHUS AGRICOLA Frisus cum Lovanii in ipso pædagogio inter Belgas, qui Gallica lingua utebantur, & ad Musicen naturam propensiores sunt, habitaret, Gallicam linguam ita didicit, ut Hanniorum supplicem rusticitatem devitaret, aulicamque ejus linguæ elegantiam feliciter imitaretur. Mirabantur Galli Lovanii intra paucissimos menses, absque præceptore, & id Lovanii, Gallicè perorantem. Geraldus Notomagus in ejus vita.

HENRICUS ENRIQUEZ Hispanus monachus in Paranas orientalis Indiæ, de seipso testatur, quòd linguam Indicam, quam alii vix quinque annis addidit, quinq. mensium spacio ita affecutus sit, ut & loqui, & scribere optime sciret & verba, & nomina: adeò ut indigenæ majori cuidam virtuti hoc tribuerent, cum esset præmium diligentia, industria, atque ingenii. Cardan. de Rerum varietate l. 15. c. 18.

Hadrianus VI. Pont. vide Suprà.

Simonidis Discipuli tardi cheenicem hordei asino dare cogebantur. Vide Tit. Arditatis iusta supplicia.

DEDISCUNT.

MENEDEMUS navigantes ait multos studiorum causa Athenas, sapientes primùm, inde fieri philosophos, mox oratores, progressu temporis tyrones: atque quò magis imbuitur literis sint, eò arrogantiam magis, & fastum deponere. Plur. de Virtutis profectio.

NIL DISCUNT.

CAROLUS V. Imp. puer ab Hadriano, qui posteaquam ad pontificatum ascendit. VI. cognomen tulit: Maximilianus G Imp. avi voluntate institutus fuit. Verùm cum mores in principe literis potiores existimaret, nec his perdiscendis tantum operæ, vel temporis, quantum eorum, & armorum studiis impertiendum arbitraretur, deprecante præceptore, citius quam debebat scholam deseruit: præsertim cum Carolus Cæsar nobilis Belgæ: quitem aut nutritus, ut integra adolescentis possessione frueretur, alumnus, militaris jocos sæpius offerendo, sensim averteret à litteris. Hadrianus officio decedens, discipulo perblandè dixit, futurum aliquando, ut eum præsentis negligentia peeniteret. Audivi ego (inquit Jovius) Cæsarem, cum Genæv Latinam orationem à quodam recitanti nequaquam præclarè intelligeret, suspirantem hæc verba ingenio ore protulisse: Agnosco, inquit, nunc maximè, & cum dolore quidem, Hadriani magistri mei divina monita, cum hos flores, & elegantias Latini sermonis percipere nequeam, & meminere cum sæpè prædixisset, me aliquando puercilis incuria poenas daturum. Jovius in Hadriano.

* Disciplinæ.

Ut Panam, & Correctionem sonant.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Disciplinæ, quæ Græcis παιδεία præter cætera, significat Poenam, & correctionem: & aptè transferitur ad eam corporis castigationem, qua homines pii in corpus suum flagellis, cilicio, ut alia quavis ratione animadverunt. Idque voluntariè, & emendationis ergò, aut ut ea ratione rebellionem carnis adversus Spiritum refrenent. Cujus rei exemplum donat Doctor Gentium, ita scribens: Castigo corpus meum, & in servitutum redigo, ne forte cum aliis prædicaverò, ipse reprobus efficiar.

Disciplina ergo vel à discendo, quòd per eam instruat homo quantum Deum diligit, cujus amore eam sustinet: aut quantum à Deo diligitur, qui quem diligit, corrigit: & expeñtur varia illius comoda, juxta illud Prov. 4. Custodi illam (disciplinam) quia illa est vita tua: vel à discipendo, quasi disciplina,

disciplina, quia discētibz aliquando displiceat, originem vocat: sicut accipit.

USUS, ET NOTIONES.

Tres potissimum Disciplinæ notiones observat Jacobus Gretserus, à societate Jesu Theologus, libro suo particulari de Disciplinis. Primò ut importat hominis conformationem ad præscriptum probitatis, & bonorum morum, restaque conversationis. Secundò ad hominem se castigandi: seu ipsam castigationem significat. Tertiò terminum ipsius castigationis sonat, hoc est poenam ipsam, seu privationem alicujus boni, tum corporis, tum animi, tum fortunæ, &c.

Ufus harum notionum frequentissimus est in Scriptura, quæ ad disciplinam crebro hortatur, eoque omissionem inter populi peccata recenset Hierem. c. 7. Hæc est gens, quæ non audivit vocem Domini Dei sui, nec recipit disciplinam: Petit fides, &c. en fructum abjectæ disciplinæ, fidei amissionem. Et monet Sapientis, ne à puero subtrahatur disciplina. Proverb. 23.

Ceterum usurpatio hujus vocis, ut significet castigationem B suisplis, videtur cepisset à tempore Petri Damiani, qui floruit circa annum 1060.

EJUS UTILITAS.

O quàm compositum reddit omnem corporis statum, nec non & mentis habitum disciplina. Cervicem submitrit, ponit supercilium, componit vultum, ligat oculos, cachinnos cohibet, moderatur linguam, frenat gulam, sedat iram, format incensum. Bernard. epist. 113.

Jugo disciplinæ infolentia morum domanda est, quousque duris, ac divinis seniorum attrita legibus humilietur, & sanetur cervicosa voluntas, bonumque in se nature, quòd superbiendo amiserat, obediendo recipiat. Item sup. Cantica.

Quamvis in nullo loco disciplinam suam homo deserere debeat, diligentius tamen ibi conservanda est, ubi vel neglecta, pluribus generat scandalum: vel custodita, bonæ imitationis exemplum. Hugo de instit. novitorum.

Disciplina ad duo dividitur, in correctionem, & instructionem, quorum primum timore, secundum amore perficitur. Aug. lib. de morib. Ecclesiæ.

C Non enim superbia, nisi ubi negligitur disciplina: nam disciplina est magistra religionis, & veræ pietatis, quæ nec ideò increpat, ut lædat, nec ideò castigat, ut noccat: denique mores hominum irata corrigit, inflammata custodit. August. l. Sermonum serm. 52.

Disciplina custos spei, retinaculum fidei, dux itineris salutaris, fomes, ac nutrimentum bonæ indolis, magistra virtutis, &c. Cyr. de disciplina, in hab. virt.

Est igitur disciplina opus meritiorum, & satisfactorium. Ita P. Damianus, Epist. ad P. Monach. Carnem, & spiritum scopo, qui me deliquisse per carnem, & spiritum recognosco. Itum, correptionum; illam cum cæteris afflictionibus etiam percussione virgarum: ut quia me læta caro traxit ad culpam, afflicta reducat ad veniam.

Cum Theodoretus ex Talce Eremita, qui minificam se met excrucians rationem excogitaret, quæreret, cur adeò durum vitæ genus sectaretur? respondit: Ego multis peccatis obnoxius, & credens supplicis, quorum minæ sunt intentate, vitæ genus hoc excogitavi, id agens, ut castigetur corpus poenis mediocribus, & eripiat à magnitudine earum, quæ D expectantur.

Disciplina quoque est instructio, quam sonat etiam vox παιδεία. Docet autem primo sapientiam. Proverb. 29. 2. Fugam peccati. Ibid. c. 22. 3. Corpus in servitutum redigere, ut constat in B. Paulo, & aliis, quorum exempla adferemus. 4. Peccati enormitatem, & poenarum illi debitarum gravitatem. 5. Carnem subdere spiritui. 1. Cor. 9. 5. à Deo amari. Ecclesi. 30. Apud quem etiam legitur c. 22. Noli à puero subtrahere disciplinam. Si enim percussis eum virga, non morietur: Tu virga percutes eum, & animam ejus de inferno liberabis, &c.

COMMENDATIO.

Commendatur Disciplina pluribus Scripturæ S. locis, & quidem cum in generali, nempe sub generali vocabulo Discipline: tum in speciali, descendendo ad particulares modos disciplinæ. Prioris generis sunt ea loca, quæ nos excitant ad Christi imitationem, membrorum, & carnis mortificationem,

crucifixionem, castigationem. Alterius generis sunt, quæ commendant usum ciliciorum, cinerum, jejunii, & similibus poenarum, ac acerbitatum. Unde evidenter adversus molles nostros, & disciplinarum hostes, ac indisciplinatos Hæreticos convincitur, Disciplinam esse opus Deo gratum, carumque usum licitum, & à nobis imitandum. De quo argumento legatur Gretserus l. 1. de disciplinis c. 6. 7. 8. 9. seqq.

VARIETAS.

Utrupta, Jejunium. Sed de cogimus Tit. de Abstinencia, & alio particulari Tit. aduri sumus.

CILICIDUM. SACCUS. CINERES. LORICA.

Et similes vitæ acerbitates, quarum exempla subiicimus.

EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

Primus, qui cilicio usus fuit, notatur ex S. Litteris Jacob Patriarcha, qui audito nuncio de filio suo dilectissimo Joseph à fera devorato, scissis vestibus, qui fuit mos lugentium, indutus est cilicio. Gen. c. 37. Quamvis non per modum disciplinæ cilicium induisse videri possit, sed ut luctum vehementem testaretur. Ideo quæ illius exemplum hoc tantum fine adducitur, ut Ciliciphori Christiani gloriantur tam sancto Cilicii institutore, & inventore.

Qui autem cilicium per modum disciplinæ induerunt, plures reperuntur in sacris litteris. David Rex, & Propheta non semel illius meminit. Postui inquit, vestimentum meum cilicium. Ps. 68. Et iterum: Ego autem cum mihi molesti essent, induerab cilicio. Ps. 34.

Lib. 3. Reg. c. 21. Cùm audisset Achab ab Helia terribilem ad verus, se posterosque Dei sententiam, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, jejunavitque, & dormivit in sacco, & ambulavit demisso capite. Ita Textus sacer. Quæ fæ impii Regis poenitentia, & disciplina, ibi clementiam inflexit, ut non induceret malum, quod fuerat locutus, ut colligitur ex eodem capite.

JORAM Rex Israël, impii Achab filius impius, Syris Samaritanæ artè obsidentibus induit cilicium, viditque omnis populus cilicium, quo Rex erat vestitus ad carnem intrinsecus. 4. Reg. c. 6.

Cum Deus per Angelum peste sævissima percurreret populum, ceciderunt tam ipse Rex, quàm majores natu, vestiti cilicis proni in terram. 1. Paralip. c. 21.

HOLOFERNE quoque Judæorum cervicibus imminente, Sacerdotes induerunt se cilicis: & Judith quoque habebat cilicium super lumbos suos, & jejunabat omnibus diebus vitæ suæ præter Sabbatha. Judic. c. 4. & 8.

ANTIOCHO Tyranno sevitente, Mathias, & filii ejus induerunt se cilicis. Quod etiam Judas post eos fecit. Alibi mulieres per plateas amicti cilicis confluxebant. Sic & Machabæus, & socii lumbos cilicis præcincti, ad altaris crepidinem se prostraverunt. Lib. 1. Mach. c. 2. 19. 3. 12. c. 3. 12. c. 10.

Clamat Hieremias ad populum, ut propulsandæ indignationis divinæ gratia se accingerent cilicis, plorarent, & ulularent c. 46. & 49.

Et in Threnis 2. legimus, Conticuerunt senes filii Sion, confecerunt cinere capita sua, accincti sunt cilicis.

CHRISTUS Dei filius apud Lucam, dicit: Tyrios, & Sidonios in cinere, & cilicio poenitentiam acturos fuisse, si ea miracula apud illos fuissent patrata, quæ in Chorozaïm, & Bethsaida. H Luc. 10.

Sanctissimus Domini præcursor Joannes Baptistæ vestiebatur vestimento de pilis Camelorum, & zona pellicea circa lumbos. Matthe. c. 13.

Memorable est, quod de Adam post lapsum sibi met vestimentum ex foliis ficulneis texente scripsit S. Ireneus l. 3. c. 37. Dicens fuisse alia folia, quæ minus carnem vereare potuissent condignum tamen inobedienciæ amicum Adamum fecisse, tertium timore Dei, & retundentem petulantem carnis impetum.

Quæ de cilicis diximus, etiam in cinere, & jejuniu obinent. Illustre exemplum donat Mardocheus, Esther 4. qui audita sanctione Regis adversus Judæos, scidit vestimenta sua, & indutus est sacco, spargens cinerem capiti, &c. quod idem faciebant Judæi in omnibus Provinciis, oppidis, ac locis, ad quos crudele Regis edictum pervenerat.

Ipsa quoque Esther Regina deposuit vestes regias, & pro unguen-

unguentis, cinere, & stercore, implevit caput, & corpus suam humillavit jejuniis. Ibid. Niniuza quam illustre hujus rei exemplum prabuerunt? Crediderunt ad predicationem Jonæ, & predicaverunt Jejunium, & vestiti sunt facis five cilicis, à minore ad maximum, ipse quoque Rex furaxit de folio suo, & abjecit vestimentum suum, & indutus est sacco, & fecit in cinere. Fructum vero tantæ afflictionis commemorat Scriptura, quod Deus miseris fuerit super malitia, quam locutus fuerat, ut faceret eis. Jonæ 3.

EXEMPLA HISTORICA.

Ex libro 1. Gressivi desumpta pro majori parte. Eaque in classem aliquas distributa: ut ex iis facilius adferatur Discipularum antiquitas, Institutio, usus, fructus, & exemplum adversus indisciplinatos Hæreticos, & delictos Catholicos.

Discipulorum usus demonstratur exemplo Sancti Domini Loricati.

Non est ulla apud Orthodoxos dubitatio, quin quod castigationis genus sancti homines usurparunt, id ex genere suo licitum sit, ac honestum; Deoque acceptum; & à posteris suscipiendum: Discipulas, seu castigationem corporis per verbera usurparunt sancti. Quid igitur sequitur, nisi hoc exercitacionem istam esse sanctam, laudabilem, ac studiosè imitandam? Res exemplis clariot fiet.

Vixit saeculo à parva salute undecimo, hoc est, circa annum Redemptoris 1060. Dominicus quidam eremi incola, vir eximia sanctitatis; qui à Loricata ferrea, qua corpus perpetuò constringit, ac domuit, Loricati cognomine adeptus est. Vitam ejus litteris mandavit Petrus Damianus, ejusdem instituti scolaris, sanctimonie, & eruditionis opinione suo ævo facile princeps, Domini Loricati in studio, & studio spiritali magister, & fere omnium, quæ commemorat, oculatus testis, & inspector. Cujus Domini vita, si scribatur, inquit Petrus, veror, ne fortassis à quibusdam fratribus incredibilis judicaretur. Sed absit à me mendacium scribere. Nam, qui veritatem fidei veraciter colo, commentum fallaciæ non admitto. Neque enim illud nos latet Apostoli, qui cum præmississet: si Christus non resurrexit, inanis est ergò prædicatio nostra, inanis est, & fides vestra, statim subjunxit: Inveniunt autem & falsi testes Dei, quoniam testimonium diximus adversus Deum, qui suscitavit Christum, quem non suscitavit, si mortui non resurgunt. In quibus Apostolica sententia verbis, ut dignus non immoremur, in promptu lector intelligit quoniam qui vel Deum, vel Dei servum mirabile quid fecisse confingit, non modo fabricati mendacii premium non meretur, verum etiam adversus eum, quem laudaverat, falsum testimonium protulisse convincitur.

Hæc præmonitione, & præmonitione præmissa narrationem ipsam aggreditur Petrus; ostenditque, quomodo Dominicus paulatim seipso major, fortiorque effectus, semper magis, atque magis in disciplinarum campo sese exercuerit. Dixit mihi Dominicus, quia cum cohabitaret Ansoni, religioso videlicet viro, quem & ipse vidi, quotidie per omnes Canonicas horas disciplinam sibi invicem scoparum ictibus ingerebant. Sed hæc erant rudimenta dumtaxat præ illis, quæ postea subsequuta sunt. Nam longo jam annorum elabente curriculo, ferrea ad carnem lorica præcinctus, insoderabilem pugnam cum iniquis spiritibus confert, semperque paratus ad prælium, non solum corde, sed & corpore præmunito, adversus hostiles acies fervidus bellator incedit. Hanc autem continuè vitæ consuetudinem indifferenter habet, ut vix dies ulla prætereat, quin duo pascera modulando, utraque manu scopis armata nudum corpus allidat.

Habes disciplinam, & quidem utraque manu factam; durantem, quoad pascera Davidi cum bis modulando percurratur. Et hoc remissiore quidem tempore, inquit Petrus, Nam quadragesimalibus circulis, five cum penitentiam peragendam habet (crebro enim centum annorum penitentiam suscipit) tunc per dies singulos, dum se scoparum tuntionibus afficit, ut minus, tria pascera meditando persolvit.

En Disciplinam tribus Davidicis pascera modulando decoratur duratione sua respondentem. Centum autem annorum penitentia, sicut ipso auctore didicimus, sic expletur: cum tria scoparum millia unum penitentia annum apud nos re-

gulariter expleant; decem autem pascera modulatio, ut sæpe probatum est, mille scopas admittat, dum centum quinquaginta pascera constare pascera non ambigitur, quinquaginta annorum penitentia in unius pascera disciplina rectè supputantibus invenitur. Porro, five quinque vicies, five viginti quinquies, centum faciunt. Consequitur igitur, ut qui viginti pascera cum disciplina decantat, centum annorum penitentiam se peregrisse confidat.

Sequebantur austeri istius, rigidique suarum actionum censores veterum Canonum penitentialem severitatem, camque spontè susceptam disciplinam, seu spontaneis verberationibus redimebant, ita ut tria scoparum millia, hoc est, tria millia ictuum, seu verberum unum penitentia annum expleant; neque enim per numerum scoparum aliud hoc loco intelligit Damianus, quam numerum ictuum. Adde, Quamquam & in hoc omnem modum Dominicus superest; quia cum nonnulli unam manum in disciplinis agendis exerceant, iste ut revera Benjamin filius, contra rebelles carnis illecebras utraque manu insatigabiliter pugnat. Hanc autem centum annorum penitentiam, ut mihi ipse professus est, facit sex diebus ex more consummat. Memini quoque cujusdam, qui à quadragesima imminenti initio, mille annos imponi sibi per nos ad penitentiam petit, quos certe omnes sermè, antequam jejuni tempus transigeretur, explevit. Computet, qui volet, quam immensum numerum ictuum, seu verberum mille annorum penitentia conficiat; si, ut Petrus ait, tria millia scoparum, seu ictuum unum tantummodo penitentia annum redimunt.

Pergit Petrus de Dominico, Cum hunc jam & incurva senectus deprimat, & crebris insuper sæpe laboribus contabescat, mirum unde illi tantus fervor incandeat, ut in spiritibus exercitiis se semper invidium, semper insatigabilem reddat. Nam, ut ipso referente cognovimus, sæpe duo pascera cum disciplinis stando continuat, ita ut neque interm fideat, neque vel ad momentum à percussionebus incredibilis mentis terrore quiescat. Inquirenti mihi aliquando, utrum postet cum ferrea vestis pondere aliquantisper genium inflexionibus insudare, sub hæc mihi dedit obcuritate responsum. Cum incommoditas mihi, inquit, votiva respondet quandoque per omnes totius pascera quindenos pascera centies genui flectere consuevi. Quod quidem tunc non diligenter attendi; postmodum verò quod dictum fuerat, mente revolvens, à depresso homine mille in uno pascera genuflexiones fieri admiratus expavi. Quadam die post vesperam cellulam meam ingressus; Magister, inquit, (hoc enim indigno vocabulo me ex humilitate compellat) hodie feci, quod hætenus me fecisse non memini. Odo nempe pascera inter diem, ac noctem modulatus explevi. Videbatur autem tunc totus vultus ejus: ut scopis attritus, ac fuscantibus quibusdam vibicibus livifactus, tanquam fil pila fuerit, pisanarum videlicet more confusus. Ubi vides sanctum virum ne à vultu quidem suo verbera cohibuisse.

De quo idem Petrus hæc in Eremitica regula, ut & in vita Domini ad Alexandrum Papam missa: quam Petrus ex variis suis opusculis contexit. Est inter nos, qui nonnunquam uno die continuato cum nocte novem pascera meditando decurrat, & interim penè semper utraque manu scopis armata, nudum corpus afficiat. Notandum autem, quia dum peragere satagit, nocte, vel die dormire non vacat: sed aliquando genua flectens, dum caput terra deponit, sic nudo repente somnus obrepit, eoque solo contentus est. Hic mihi aliquando fraterna familiaritate conquestus est, quia cum novem sic pascera fæpe modulando perficeret, ad decimum H nunquam potuerit pervenire.

In Epistola ad Blancam Comitissam hæc habet de Dominico Petrus: Utinam daretur tibi nunc Dominum meum videre Dominicum, qui, quod imperite lingue conatur officio, ipse te efficiat luculentissime vir doctet, & informaret exemplo. Hic denique à quibus circiter annorum lustris lorica ferrea vestitur ad carnem, duobus autem ferreis circulis in corpore cingitur, duobus item per brachiorum armos arctatur.

Sed quia de illo in aliis nostris opusculis jam plura digestimus, nunc quod vix ante sex ad nos veniens retulit, proferamus. Ait itaque: Contigit me nosse, quod scripseris, novem me uno die pascera decantasse cum corporalibus disciplinis. Quod certè cum audivi, tremefactus expavi, & conscientia remordente ingemui. Væ, inquam, mihi: ecce hoc de me, nesciente me scriptum est, & tamen utrum à me hoc fieri potuisset, ignoro. Ego rursus experiat, & an hoc implere

EXEMPLA EORUM, QUI IN SEMETIPSOS Disciplinis usi.

Ducat agmen Petrus Damianus Domini filius Loricati admirator, & insignis imitator, de quo hæc in ejus vita. Antequam mundo valediceret, & religiosum institutum amplecteretur, sub mollibus vestibus cilicium induit, jejuniis, orationibus, vigiliis solerter insitit. Et quia calente juvenia, stimulis acriter urgebatur carnalibus, mediis noctibus è strato confurgens aquis se immergebat. Exinde regrediens, quæque venerabilia loca pascendo circueiens, totum ante Synaxim complebat pascera.

Catechumenos quoque ciliciorum gestatione se ad baptismum præparasse planum est ex D. Augustino eos compellente. I. q. de Symb. ad Catec. c. 1. omnia Sacramenta, quæ acta sunt, & aguntur in vobis per ministerium fervorum Dei, exorcismis, orationibus, cilicio, &c. hæc omnia, ut dixit, esse sunt, &c.

Hugo Lincolnensis Episcopus, ut refert Matth. Parisiens. in biflor. Angl. de Joanne Rege. nunquam cilicium, quo spontè utebatur, vel ad horam deponere volebat.

S. OPILIO corpus suum non modo duris attenuabat jejuniis, sed asperimis etiam edomabat cilicis, & ferreis nexibus coarctabat. Damian. in vita, apud Sur. tom. 1. S. Amatus Episc. Senonensis fecerat ferream catenam, qua corpus constrinxerat. Idem tom. 5. Stephanus ex Carthusiano Episc. Diensis, domabat corpus jejuniis, flagellis, vesteque cilicina, potu aquæ, & pane arido. Ibid.

HENRICUS Abbas, qui postea Episcopus Lubecensis, & cum Henrico Leone Duce in Palaestina religionis causa profectus fuerat; in omni peregrinatione cilicio indutus fuit, ut taceantur alia abstinentia, orationum, & vigiliarum exercitia. Arnold. Lubecens. l. 2. Chronici Sclavorum, c. 7.

Mira sunt, quæ de Petro Celestino narrat Savinus tom. 2. quomodo cilicis de pilis camelorum induebatur, & ad carnem circulum ferreum vel catenam gestavit, super cratibus cancellatis decumberet, lignumque, vel lapidem cervicalis in locum capiti supponeret.

Apud Climachum gradu IV. Latro quidam sub ipsa Liturgia, lecto Evangelio, introductus est, asperimus Cilicio indutus, & cinere confusus, vincitis post terga manibus.

Quin Eremiticis olim non contentenda suppellectilis pars erat cilicium. Hinc Julianus anachoreta nihil possidebat præter cilicium, & sagum, & vasculum ligneum, & librum. Ita Gregorius in vita.

Celebratur 20. Apr. memoria anniversaria S. Theodori Confessoris, ab aspera cilicii veste, qua tegebatur cognomento Tribinias, qui multis virtutibus præsertim contra Dæmones claruit, è cuius corpore scaturiens unguentum ægrotis dat sanitatem. Agitur de eo in Menex. 20. Aprilis apud Græcos, atque in illius memoriam hunc versiculum decantant.

Θησαυρος ο πλουτος περιηρησθησας πατερ τον ενδοσυχον τους αναχαιστας φιλλιππου. Moveris, à Pater, cilicina veste, percusso illo, qui primos parentes veste ex filiis facta induit.

JOANNES de Fermo vocatus Alverna, vir sanctitate mirabilis, Infantulus enim ter in hebdomada, semel de die manibus fugebat, & simul ac rationis usu valuit, diris sese disciplinis, sic ut rivuli sanguinis defluerent, excipiebat: quin urticis se involvere, & lorica 30. pondo gestare, nonnunquam tunica de fetis equinis, ut taceantur jejunia, orationes, & similia penitentia opera. Sedal. 13. Apolog. c. 8. Simile de Archipio Hierapolitano narrat Metaphr. tom. 5. Joannem Picum Mirandul. seipsum diebus quibus Christi passio representabatur, acriter cadere solitum, à se visum testatur Franc. Mirandulan. in vita.

Petrus Damian. in traç. de Ordine Eremitarum, & Facultatibus Eremitæ Fontis Avellati, qui exat tom. 3. Biblioth. SS. PP. laudans incolarum illius solitudinis indefessum in curriculo pietatis progrediendi studium, hæc præter cætera scribit. Illud silentio præteriri dignum esse non ducimus: quia cum Frater quidam ex nostris obierit, unusquisque pro eo septem dies jejunat, septem disciplinas cum millenis scoparum ictibus accipit, septingentas metanasas facit: triginta insuper pascera, & 28. Millas presbyter quisque ex more decantat: continuis quoque triginta pro eo diebus Missarum solemnè specialiter celebrantur. Hæc ergo hujus loci regula, nulla voti varietate postponitur: hæc consuetudo circa defunctos districtè profus, & inviolabiliter semper observatione tenetur. Si quis autem fortasse novitius, vel quolibet modo morte præventus, inunctam penitentiam consummare non poterit, mox

implere poterim, indubitanter agnoscam. Quarta igitur ferrea me vestibus exui, & armata scopis utraque manu, totam noctem dudendo peravigem, pascere, ac me verberare non desisti, donec die altero decem fuisse duodecim ex more pascera partem decemtertiis usque ad pascera. Beati quorum, absolvi. Porro, quod nobis durum sæpe videtur, & asperum, quam ille puerile deperit, ac de speculo, uno docuimus exemplo. Frater quidam cum à scoparum ictibus nimis abhorreret, atque perferre gravissimum judicaret, tandem tamen domini Domini crebris insistentibus adhortationibus acquievit, ac per modulationem totius pascera, & insuper quinquaginta pascera, sibi met disciplinam inferre propriis manibus non cessavit. Erat autem non illa præcedens Dominicam diem, & beati Michaelis festivitatem. Cumque facta manè ad prædium senem frater ille venisset, timens, ne de indiscretione argueretur, cum, quod egerat, per ordinem retulisset, hæc ille voce respondit: Noli, frater, pusillanimitas esse, vel pro hac tua, quæ nunc est, insinuat diffidere. Potest enim Deus eximie te ad altiora provehere, & hujus lictæ tuæ conversationis infantiam ad juvenilis roboris incrementa firmare. Et adiciens ait: Nos etiam primo pedetentim cepimus, sensimque ad id, quod nos divina pietas perducere voluit, licet imbecilles, ac fragiles, educi fovevi, sicque factum est, ut non eum de immoderate fervore, sicut ille timebat, argueret, sed ne desperationi succumberet, tanquam qui minimum quid egisset, animum refoveret.

Aliquantis porro ante obitum annis quasi novum supplicii genus inveniens, virgurarum scopas in corrigiarum scuticas vertit, semelque gustato, quia duriores sunt, in his verberandi contentudinem posuit. Hoc flagellum, si quando egredere tur ad seculum, portabat in sinu, ut ubicunque eum jacere contingeret, à verberibus non vacaret. Aliquando vero cum loci occasio non prætereret tunc se posse exuere: per crura saltum, & femora, per caput, atque cervicem, sese non cessabat affligere. Circulis quoque ferreis quatuor, quia sibi præ longa consuetudine jam venerat, quatuor item superaddidit: ut duobus in coxis, duobus consequenter in cruribus stringeretur. Enimvero lorica, & quibus utebatur tanquam cilicis, vel lanæ qualibet indumenta post menses, five post spatium prolixius albebat, ut rubiginem deponeret, & aridisingerendam membris uredinem non haberet. Porro autem, cum omnes, qui in cellulis habitamus, hoc laboremus, ut pro munieris à frigore pedibus vestimenta usque ad inum desuam pavimentum; hoc etiam nobis in eo intolerabile videbatur, quàm in eremo & ocreas nesciret, & calceos, vestes tamen ejus ad tibias viæ medias descendebant. Nudatus autem ad suscipiendum in capitulo disciplinam, quod scilicet nunquam omittere volebat, ex eis jejunio membris, & hamate lorice molesteris Æthiopicam contraxisse nigredinem videbatur. Vestimenta verò lurida, & cariosa, ut ita dixerim, videbantur vetustate consumpta. Hæc Petrus de Dominico Loricato.

Tu verò, mi lector, libenter audi semper facta bonorum, utar enim ejusdem Damiani verbis, ut tibi vel imitari potes, cum illud tibi perpetuè retributionis acquirit, vel si impossibilia sunt, uberius te in humilitate custodiant. Non enim omnibus sunt æque valentes, ac robusti humeri; non omnibus sunt æquales vires: Si eadem quis agere non eodem sine, atque proposito, aut dissimili virtute præsumperit, inquit ille apud Cassianum, profectò exinde laqueum deceptionis, & mortis incurret, unde alii æternæ vitæ fructus acquiritur. Quod ille quoque manu fortis puer, bellicosissimo ille gigante in certamine comparatus, haud dubie pertulisset, si virilibus, atque fortissimis Solis armis fuisset indutus: & quibus ætas robustior, innumerabiles catervas hostium prostravisset, hæc indubitata primæ poterunt inferre perniciem, ni prudenti discretione congrua adolescentia lux armorum genera delegerit, & adversus hostem terriberrimum lorica, & clypeo, quibus ceteros videbat instructos, sed illis, quibus ipse dimittere poterat, fuisset armatus. Quamobrem menturam virium suarum convenit unumquemque nostrum diligentem antè pensare, atque ad ejus modulum arripere, quem libuerit, disciplinam, quia quamvis omnes utiles sint; tamen aptæ cunctis cuncta esse non possunt.

Nullus tamen est, qui disciplinam suis viribus aptam, & equam non inveniat, illique ipsis, quas longè supra vires suas conficit, incitari non queat, ut saltem id, quod imbecillitas sinit, præstet.

Non quid desperes invisi membra Gæonis, Nuda sa nolis corpus prohibere chiragra. Et Quodam prodive tenuis, si non datur ultra.

mox ut ad Fratrum notitiam res patefacta pervenerit, cum magno fervore tota poenitentia (pari facta inter eos divisione) suscipitur, & quantalibet sit, brevifpatio per diversos afflictionum modos ovanter expletur.

Ecce disciplina etiam in mortuorum subsidium ex chatitate facta; cui narrationi hęc non immeritò subjungit Damianus: Felices divitiarum charitatis, quę gratis se non modò viventibus ingerunt, sed & mortuos prosequuntur. Felices inquam, quę illic nobis ex aliena bonę voluntatis uberitate succurrunt, ubi propria operis supplementa deficiunt: & cum jam districte à nobis non habentibus, quicquid debemus, exigatur, ex fraternę charitatis abundantia debiti nostri libra completur.

In eadem tractatidem Damianus: In ceteris spiritualis exercitii studiis, quę sit continui fervoris instantia, quę sollicitudo, quã vigil, & operosa frequentia, timeo dicere; nec mei similibus (delictiosis videlicet, & negligentibus) videri onerosus existere, atque eorum in me aliquatenus invidiam concitare: hoc tantum mihi liceat, quia tanta est diligentia in flexionibus genuum, in disciplinis scoparum, & in ceteris hujusmodi, ut cum quibuslibet poenitentibus, incerte mortis metu injunctam poenitentiam per hęc remedia implere præcipitur, brevi tempore longa poenitentia consummetur; salva tamen consuetudine, ut postremò dum vita hominis in longum ducitur, jejunium non relinquatur. Dantur autem ex more tria millia scoparum pro unius anni poenitentia, sive viginti psalteria, aut viginti quinque Missę.

Item in Epistola ad Fratres mandatorum transgressores. Hoc tanquam regulare constitueramus edictum, ut sub districti censura rigoris quadragesimali celebraretur jejunium. Nimirum, ut per triduum non nisi modicum panis cum aqua omnes fratres comederent nulla nisi lectiorem, sine ordinem verba proferrent, nudis pedibus lugubres, ac moerentes incederent, expleto communi modulatione psalterio, mutua fe scoparum castigacione purgarent.

Inter asperitates vite, quę discipulis S. Romualdi solennes, ac perpetuę erant, enumerat Petr. Damian. in vita ipsius c. 69. etiam sequentes. Taliter tunc in Siria vivebatur, ac si eximilitudine non solum nominis, sed etiam operis altera denudè Nitria diceretur. Omnes siquidem nudis pedibus incedentes, omnes inculi, pallidi, & nimia rerum omnium extremitate contenti erant. Nonnulli verò obleratis januis clausi ita mortui videbantur mundo, veluti in sepulchro jam positi. Vinum ibi nemo noveat, nec etiam si gravissimam quę ægritudinem pateretur. Sed cur ego de monachis loquor, cum & ipsi monachorum famuli, ipsi quoque custodes pecorum jejunarent, silentium tenerent, disciplinas inter fe invicem facerent, & de quibuslibet verbis otiosis poenitentiam flagitarent. O aureum Romualdi sæculum! quod est tormenta persecutorum non noveat, spontaneo tamen martyrio non carebat. Aureum inquam sæculum, quod inter montium, & sylvarum ferat, tot cœlestis Hierusalem civis alebat.

In regula Eremitica, quę extat in Cod. mss. in monasterio Rebdorfensi, idem Damianus. Super metanensis verò disciplinis, atque palmatis, sive etiam brachiis in orationibus extendendis, ceterisque sancti fervoris exercitiis, nulla fratres lege stringimus, quin potius suę provisionis committenda arbitrio judicamus. Sunt enim quibus horum aliquo non conveniunt, atque idè totum videtur, atque liberius, ut in talibus magis optio proponatur, quàm definitivę regulę sententia præscribat.

Metanę videtur esse corporis in terram inclinationes, & prostrationes, de quibus alibi monere memini Damianum, ne sint vel nimis frequentes, vel diuturnę nimis, ne somnus se infinat: aut cacodæmon per malas in mentem cogitationes irrepat.

Palmatę à palma manus dictę sunt, ut vult Baronius *tom. 11. ad annum 1095.* quando manus poenitentis ferula percutiebatur; uniusque dies poenitentię viginti palmatis redimebatur, ex quorundam sententia. Vide *Burchardum.*

Dubito tamen, utrum hęc palmatarum explicacio scopum tangat. Scrupulum inicit ipse Damianus, qui in epistola ad Petrum Monachum indicare videtur, palmatas nihil aliud fuisse, quàm manus ad terram violentam afflictionem. Accipe Damiani verba. Lorica est homo indutus ad carnem: ferreis membra divulsa circulis ambit, mittit cum labore metanę; allidit in pavementum fœpius palmas (en quid palmatę) ut quid hęc, & simi-

lia. Ut dum per hęc corpus affligitur, animę refrigerium procuretur.

Metanę descripsisse videtur Theodor. in *Sinone Stylita.* Modò stans, modò verò humi prostratus. Deum adorat. Multieriam adstantium eius inclinationes enumerat: semel autem meorum quidam mille ducentis quadraginta quatuor enumeratis, defestus, tandem numerare amplius desit. Dum autem inflectitur, frontem pedum tenus applicat quippe, cum semel tantum in hebdomada cibum, & hunc exiguum capiat, dorsum facit incurvari potest.

Idem Petr. Damianus in Epistola ad Alexandrum Pontificem, de vita Rudolphi Eugubini Episcopi, hęc de eodem refert. Ferreo circa pectus circulo jugiterangebatur. Quem tamen circulum sub illa divisum, dum coram fratribus nudaretur, diligentius occultabat. Nunquam scilicet capitulo confessor intererat, in quo non acciperet disciplinam, & tunc festivus exultabat, si non tantum, sed à duobus flagellati fratribus juberetur. Sæpè poenitentiam centum suscipiebat eorum, quam scilicet per viginti dies allisione scoparum, ceterisque poenitię remediis perolvebat. Psalterium quotidie, cum verò duo non possit, unum saltem non negligebat implere. Qui nimirum cum esset in cellula constitutus armata scopis utraque manu, totum cum disciplina continuare consuevit.

Extensio manuum in formam Crucis inter precandum discipulis Petri Damiani admodum usitata erat: Habemus, inquit, quendam juveniculum fratrem, qui confessus est, à capite usque ad sinem psalterii elevata fe brachia tenere dum psallit, ita ut laqueat tabulatum cellulę manibus sæpè contingat, hac tamen discretionē servata, ut per quinquegenos psalmos ad momentum brachia extensa deponat, & protinus erigat. Habemus, & alterum proventoriatatis incertum videlicet senem, & ut feceret tibi confiteat, hic Dominicus est. Is itaque quandam scripturam invenit, ubi dicebatur, quod si quis duodecim illic notatos psalmos vices quater crectis in modum crucis manibus caneret, pro uno posset anno poenitentiam regulariter compensare. Protinus ille in exercitium id, quod dicebatur, arripuit, & duodecim illos psalmos extensis brachiis, sic dictum est, vices quater sub nullo prorius intervallo, sed uno ductu quotidie decantabat, &c.

Enimverò quasi quidam divinus ignis in ejus pectore jugiter actuabat, qui nunquam permittebat eum à spiritualis exercitii labore quiescere. Aliquando namque cum ab eo perquirerem factofandò die Paschali, ceteris fratribus, juxta morem, meridie quiescentibus, utrum & ipse dormisset, ait, Certè, Pater, dixi in corde meo: Quid mihi tam longis adhuc noctibus in die dormire? Extensis itaque in Crucis effigiem brachiis, psalterium cepi: quo, me sic stante, decurso, signum protinus hora: nona: personuit. Hoc itaque modò junxit victoriam Crucis cum gloria resurrectionis. Aliquando cum de quotidianis, ut mos est, invicem confabularem operibus, ait: Hęc etiam nocte, quid mihi contigerit, manifestò. Nam dum solutus sopore surrexi, mox brachiis in modum Crucis extensis, psalterium cepi: Cumque psalmis omnibus, & canticis, quę sequuntur, hymnicis decursis, eò loci jam essèm, ut solo catholice fidei psalmo, & litaniis deberem cuncta concludere, incidit in mentem, ut interim ista dimitterem, ac pro defunctis psalterium decantarem. Igitur brachia non deponens, ad defunctorum psalterium transii, quod juxta morem per quinquegenos psalmos trifaria lesio-nium interpolatione distinxit. Quo sic expleto, ad id protinus, quod omiseram, redii, atque hoc, quod de primo psalterio reliquum erat, explevi. Cumque de tertio psalterio ingrediendo psalterio cogitarem, benefactum, ut ita dixerim, signum repente nocturnę synaxis insonuit, quod me depositis ulnis officium cum fratribus celebrare coegit, & certè nescio quo antipetore noctes breviores erant. Hęc de expansione manuum, quę omnia non oportuit, quandoquidem multi ex pioxiimo numero, hac pietatis exercitacione non sine causa desectantur.

De ipso Petro Damiano hęc Centuriatores. Scripsit librum de ordine regulę Eremiticę, quam ad eò rigidè servavit, teste Antonio *sir. 16. c. 8.* ut lorica ferrea pro interula, & duobus ferreis circulis pro cingulo uteretur. Monachorum etiam flagellationem approbat, quam & contra Petrum Monachum, quem non immeritò ceterosofum, vocat disciplinarum obtrectatorem, fortiter defendit, sic inter cetera scribens. Plurimum veli (frater) in nos nuper evomisti, dicens, & scribens, quod fœsi utriusque capitis videatur ebullire furor. Et cetera quidem, quę similitatis acerrimę in re debaccharus es, omittimus de

de disciplinis autem verberum, quas sibi Fratres consuetudine nalter inferunt, ubi detractionis pedem diutius impressi, cum Dei auxilio respondemus. Hoc itaque disciplinę genus nequaquam modernis est studiis noviter adventum: sed ex sacre scripture potius auctoritate prolatum. Novimus enim Dominum Salvatorem à Præsidis militibus verberatum, beatos Apostolos in Conciliis à Sacerdotum Principibus cæcos; nonnullos etiam SS. Martyrum legitimus virgis, ac flagris durioribus laniatos: Paulus etiam ter virgis cæsus est, & quinque quadragenas una minus accepit, quod utique tale est. Præcepit in Deut. Dominus dicens: si eum, qui peccaverit, Judices dignum viderint, proferrent, & coram fe facient verberari. Ubi & mox additur: pro mensura peccati erit, & plagarum modus, ita ut quadragenarium numerum duntaxat non excedat: ne fœdè laceratus ante oculos tuos obeat frater tuus. Quod videlicet illi populo legale præceptum, nobis est allegorice mysterium. Quadragenarius siquidem numerus humanę vitę significat cursum.

Hinc est, quod Israel annis xli. graditur per desertum: hinc Moyses, & Helias, insuper & ipse Dominus, tot diebus protraxere jejunium. Qui etiam flet horis quadraginta in sepulchro mortuus jacuit: ita nihilominus potest resurrectionem suam diebus totidem cum Discipulis fuit: quatenus non sua membra piis magister edocet, ut per capitis nostri vestigia gradientes, & mortui mundo, & velut peregrini hospitantur in seculo. Mystice quoque peccator in lege dum vulpare præcipitur, excedi quadragenarius plagarum numerus prohibetur, quia quisquis in hac vita perfectam egerit poenitentiam, nullam postmodum pro suis excessibus sentiet pgnam. Porro regulam, propter mysterium SS. Trinitatis, ad fidem, quinarium autem, propter quinque sensus nostros pertinet ad operationem. Et quisque cum peccat, vel errat in fide, vel delinquit in opere: dignum fuit, ut Paulus, qui utroque peccaverat, ad perfectã purgationis effectum, tot virgæ cæsus, & quinque verberum uretetur quadragenis. Quod autem dicitur. Una minus, hoc est proculdubio, quoniam Judæorum Judices, unum deereverunt idem de quadraginta minus, ut dum ad legale calculum non pertingerent, contra præceptum legis nullatenus excedere potuissent: & dum citrà persisterent, ulterius non transirent. Cum ergo non modò vetula legis auctoritas, sed & Evangelica gratia, verberum plaga modò per præcepta, modò per exempla commendat, ut & sanctos Apostolos in Concilio cæcos, & B. Martyres legamus sepe numero verberatos (quæcumque autem scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt) quid absurdum est, quid inceptum, si nunc sancta Ecclesia in pacis otio utitur, co quod dudum utebatur in bello? Nam & Apostolus iterum dicit: Castigo corpus meum, & in servitutum redigo. Et alibi. Sancti ludibria, & verbera experti.

Hęc Damianus; quorum partem recitant etiam Centuriatores, ex epistola, ut ajunt, ad Paulum quendam. Sed epistola Damiani typis excusa, Monachum illum Petrum nominat, non Paulum.

Eidem Petro Damiano poenitentia centum annorum, propter depositum Episcopatum imposita est; de quo ipse in epistola ad Hildebrandum. Pro hac refutatione centum annorum poenitentia mihi est consequenter injuncta, per illa nimirum remedia, quę monasticis regulis sunt instituta; qualia verò illa fuerint, explicatur in vita Damiani, tenebatur enim per centum annos quotidie centies, verberibus adjunctis, ad recitandum psalmum quinquagesimum. Subivit hanc penam D. libenter Petrus, tantuque in eo fuit ardor penitendi, ut cum annuo spatio exhaustis. Quanquam dubito, utrum Rubens centum annorum poenitentiam rectè descripsit; ipse enim Damianus ex relatione sancti Domitii Lorici longè aliter eam describit verbis, quę jam capite superiore ex ipso Damiano recitavimus. Non repeto. Lectoro fe recipiant.

Idem Damian. in *Tractatu Officii, Monasterii,* quem calamo exaratum habemus ex Monasterio Rebdorfensi: Qui peccatfe deprehenditur, quadraginta verberibus atteri per legis mandata jubetur. Quadragenarius quippe numerus hoc totum per mysterium comprehendit, quod sancta Ecclesia per quatuor partes mundi diffusit delictu legi vivit. Quadragesimo ergo numero delinquentes cadimur, si in hoc tempore poenitentię verberibus castigamur. Debet igitur peccator quisque, sive senex sit, sive juvenis, temporalibus atteri, *L. B. Theat. vit. Human. Tom. 11.*

ut purgatus in judicio valeat inveniri. Eos enim nulla illic animadversio affligere poterit, quos hic cujuscumque atatis, E conditionisve fuerint, perfectę poenitentię disciplina percutit.

S. Dominico Lorico, Petro Damiano, & discipulis ejus, addamus S. Dominicum, Ord. Prædicatorum Parentem, ac fundatorem; de quo Theodoricus *l. 1. vita S. Dom. cap. 12. & lib. 4. cap. 9. 11.* semper ad lumbos catenam habebat ferream. Non autem fat habuit vir Dei, perpetuis vigiliis carnem mactasse suam, sed etiam quamvis innocentem, & virginem, multis verberibus, & castigationibus attrivit. Singulis enim noctibus ter catena ferrea se flagellavit: primò se ipso, tum propter peccatores in mundo degentes: tertio pro animabus pœnas in Purgatorio luentibus. De eodem S. Dominico idem scriptor: verberabat ipse se, & ab aliis curabat verberari, & eadem catena ferrea.

De discipulis S. Domitii idem Theodoric. *lib. 6. cap. 4. & 5.* Expleto completorio, salutataque beatissima Dei Mater per Antiphonam, Salve regina, fratres fe subiciebant virgarum idibus, quos disciplinas vocant, &c. Nec tamen his exercitiis contenti, in quoslibet Monasterii angulos fe recipiebant, ad usque suos severo examine discutientes, nodosus flet corpore sua dirè lacerabant. Permulto etiam ex fratribus non contenti habitu Monastici asperitate, clam inducunt ciliça, carnem edomantes suam, & lumbos zonis ferreis stringebant.

Nec splendens S. Franciscus, qui ut de illo testatur Bonaventura in *vita S. Francisci,* rigidus in disciplina super custodiam suam stabat, curam permaximam gerens de utriusque hominis puritate servanda. Quapropter circa conversionis suę primordia, tempore hyemali in foveam glacię plenam fe ipsum plerumque mergebat, ut & domesticum sibi hostem perfestè subigeret, & candidum vestimentum pudoris à vultu patris incendio præservaret. Tolerabilis viro spirituali fore incomparabiliter asserbat, magnum sustinere frigus in carne, quàm ardorem carnalis libidinis vel modicum sentire in mente. Cum autem apud eremum de Sathiano, nocte quadam orationi vacaret in cellula, vocavit eum hostis antiquus tertio dicens: Francisce, Francisce, Francisce. Cui cum quid quereretur, respondisset, fallaciter ille subjungit: Nullus est in mundo peccator, cui si conversus fuerit, non indulgeat Deus: sed quicumque semetipsum poenitentia dura necaverit, misericordiam non inveniet in eternum. Statim vir Dei G per revelationem cognovit hostis fallaciam, quomodo misus fuerit, cum ad tepida revocare. Nam hoc sequens indicavit eventus. Continuo enim post hoc ad insufflationem illius: cuius halitus prunas ardere fecit, gravis ipsum carnis tentatio apprehendit, quam, ut præsentit castitatis amator, deposita veste, chorda cepit fe verberare fortissimè: Eja, inquit, frater aine, sic te decet manere, sic subire flagellum. Tunicam religioe deservit, sanctitatis signaculum præfert: furari eam libidinoso non licet, quò vis pergere, perge. Insuper & mirando fervore spiritus animatus, aperta cella foras exivit in horrum, & in magnam demergens nivem corpusculum jam nudatum, septem ex plenis manibus cepit compingere mafas: quas sibi proponens, suo sic exteriori homini loquebatur: Ecce, inquit, hęc major uxor tua est, quatuor istę duo filii, & duę filię, reliquę duę, servus, & ancilla, quos ad serviendum habere oportet. Festina igitur omnes induere, quoniam frigore moriuntur, &c. idem S. Franciscus corpus suum, fratrem asinum appellabat, tanquam laboriosis supponendum oneribus, crebris cadendum flagellis, & vili pabulo sustentandum.

B. Pater Ignatius in itinere, quod ad B. Virginis ædem in monte Serrato fecit, singulis se noctibus verberibus graviter afflictebat; & postea inter cetera pietatis exercitamenta ter fe quotidie verberabat. *Ribad. l. 2. c. 13. & 5.*

Idem B. Pater initio suę conversionis, cum ad risum hominum conspectu moveretur; verberibus risum depulit, quibus se toties ad numerum afflictebat, quoties vel leviter risisset.

Caim S. Norbertus Præmonstratensium Auctor, & postica Archiepiscopus Magdeburgensis, damoni expellendo per exorcismos infisteret; Fratres, consilio inito virgise se cedunt, jejunia, & orationes inter fe instituit, aquam in vase ad hoc habili benedicunt, & cum processione coeunt, ubi erat ille Dæmon, &c. Leguntur exorcismi, sunt ad purificationes, leguntur Evangelia, aliis è fratribus flentibus, aliis in oratione, aliis in disciplinis permanentibus. *In vita S. Norberti c. 28. tom. 3. Suri.*

De Birgero parente S. Birgitta hæc leguntur in vita ejusdem Divæ, apud Sur. Tom. 4. Singulis festis feriis peccata sua solebat humiliter confiteri, sæpissime his utens verbis: Ita me qualibet sexta feria comparare volo erga Deum, ut quicquid ceteris diebus illi mihi præsterit, ferre æquo animo possim. Memor est sententia illius: Non tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Et fecit consimiliter filius ejus, quo ad vixit; qui etiam post confessionem secretò acerrimis flagellis cadebat corpus suum, ut paratus in flagella Christum flagellatum in suo glorificaret corpore, & cum vitis, & concupiscentiis jugiter crucifigeret carnem suam.

De S. Vincentio Ordinis Prædicatorum hæc produntur in ejus actis Tom. 2. Surii c. 7. vite S. Vincent. Illud pro edomanda carne, & in memoria passionis Christi à prima adolescentia observavit; quòd singulis noctibus quibusdam flagellis è funibus confectis, corpus suum multis cum lacrymis cadebat. Et si forte alicujus ægritudinis impedimento id facere nequiverit, hoc à fidis sociis suis fieri volebat, eos per Jesum Christum obtentans, ne quid dubitarent, sed cum validis ictibus caderent.

De eodem Sancto idem Scriptor ibidem. Eos, qui etiam pro agenda poenitentia sequebantur, singulis diebus, post solis occasum per urbes, & quæcumque alia loca, ad que declinabant, quædam processiones facere volebat, eisque quosdam hymnos, quos eo modo procedentes cantarent, ipse composuit, jubebat, ut quisque eorum nudatis humeris se ipsum flagellis caderet, & alta voce diceret: Hoc fit in memoriam passionis Jesu Christi, & in remissionem peccatorum meorum. Inter quæ flagella, tanta cordium devotio, tantus erat omnium Inctus, tanta contritio, tanta religio, ut sibi ipsi quoque incolæ locorum, ubi hæc agebantur, non solum in lacrymas solvere, sed etiam complures ex eis, flexi talibus exemplis, virum Dei, sanctamque societatem ejus per multa terrarum spatia religiose sequerentur. Ex quo factum est, ut aliquando supra numerum decem millium hominum pervenerit religio illa societas. Quin etiam tanta multitudo consuebat, tam ad videndum istiusmodi spectaculum, quam ad audiendam tam mirabilis prædicatoris doctrinam, ut non solum in populosis vicis, sed etiam in campestribus locis usque ad octoginta millia hominum frequenter convenirent. Et quamvis talis corporis flagellatio in frigoribus, ventorum, pluviarum, & sæpenumero fieret tempore, nemo tamen ex eis unquam incurrit vel minimam ægritudinem. Quam res multi miraculo dignam existimaverunt.

Vides hic, quòd contra novos moriones annotatu dignum, disciplinas publicis processionibus factas; cujus moris plura exempla infra invenies.

Senis olim erat confraternitas disciplinatorum, in quam S. quomque Bernardinus nomen suo dedit, cujus, quæ essent studia his verbis describitur in vita S. Bern. tom. 7. Suar. In juvenute sua, cum adhuc laicus esset, ut postea piam Deo impendere servitum, suaque pietatis studia augere, adscribi voluit in spectatam religionis sodalitatem bene moratorum, quam vulgò vocant, confraternitatem disciplinatorum B. Mariæ Virginis, quæ est in domo hospitali de la scala. Non admittuntur autem in eam sodalitates, nisi quorum fama est integra, & bona existimatio. Fuit enim locus ille multo tempore speculum, & exemplar Deo devotorum secularium hominum. Itaque Bernardinus fratrum omnium consensu, & prompta voluntate, tanquam valde idoneus, hilariter receptus est, præcepit, corporis flagellationes, aliæque tum jucunda, tum aspera exercitia, noctu, diuque illic visitata præ cæteris ipse copiosius sectatus est. Hic nimirum vetustus ille locus est, ex quo omnes ferè Italice bene moratorum, sive, ut auctor vocat, disciplinatorum laicorum præ exhortationes, vel devotionis studia manarunt.

Post hæc subditur de Bernard. Cum ferventi ejus devotioni necdum sufficerent exercitia domus hujus, quemadmodum fide dignissimo relatu didici, ob macerandum, & edomandum corpus suum, longo tempore flagellis è funiculis confectis se cæcidit, crebro etiam urtica, & cilicio se affligebat. Quæ quidem licet sanctus juvenis faceret oculatissime, soli Deo nota esse volens: attamen divina efficiente providentia, non de industria, sed prorsus ab improvviso ad ahiorum, qui etiamnum superfluum, notitiam pervenire. Cum deliberaret, quodnam vitæ institutum amplecti deberet, elegit demum recessum juxta portam de Trisis, & in loco occulto sacellum exiguum sibi

construit, posuitque in eo altare cum imagine Christi à cruce pendens. Ibi precibus, vigiliis, jeuniis, flagellorum ictibus, & cilicio alisque pietatis exercitiis se affligens, idque & crebrius, & severius, quam antea consueverat, accuratissime vires exploravit suas, etiam usque ad herbarum vitium, & aquæ potum sese periclitans. Sum & hodie sodalitates disciplinatorum in usu, maxime in Italia; de quibus multa sanctæ memoriæ Cardinalis Borromæus decrevit, ut videre licet in actis Synodorum Mediolanensium.

ELZEARIUS Comes Confessor sæpè catenulis ferreis se flagellavit, dicensque psalmum quinquagesimum, memor vulnerum Christi, ad quemlibet ejus psalmi versum ter doctum fortiter verberavit. Tom. 5. Surii.

S. Ludov. Episc. Tolosanus sobrietate cibi, ac potus corpus suum castigabat assidue, seque frequenter manu sua, quandoque autem alicujus fractis confocis, cum catenis ferreis disciplinas, vestiendo pro camisia tunc flamen, & defendendo ad nudum pro cingulo chordam grossam, ipsam carnem in servitum redigebat. Tom. 4. Surii.

Idem flagellationis supplicium B. Patri Xaverio frequens fuit, & flagellum quo usus, etiam aliis salutare: de quo hæc in vita ejus, Lib. 4. c. 6. Certis auctoribus competum est, flagella ex funiculis, quibus Franciscus se diverberare solitus erat, à neophyto quodam piè admodum aservata, atque horum beneficio sanitate redditam nonnullis, aliæque multa sanè admirabilia parata. Etiam adolefens, ad edomandum lascivientem ætatem, nudos artus funiculis sepe, ac diu confectos habuit cum acrisensu doloris, & in omni vita, tum frequentibus jeuniis, tum crebris verberationibus corpus affligit suum.

De P. Franc. Borgia tertio Soc. nostræ Præposito, Generali, antequam in Religionem nomen daret, hæc in ejus vita leguntur: Par austeritas in vigiliis, & cilicio, quibus carnem domabat, flagellis item, & sui contemptu, atque victoria. Quin ita flagellis humeros, lumbosque didicerat, ut patere viderentur: quæ res religionem illi iniecit. Fidere tamen se agebat, beneque sperare, fore ut Deus sui miserisignosceret, si quando modum excessisset, deus pio id studio factum esset, & meminissetque idem alius prius uia venisse. L. 1. cap. 10. lib. 4. cap. 5.

De S. Nicolao Tolentiano in historia vitæ. Nec jejunio duntaxat, & inedia, sed etiam verberibus, & cruciamentis corpus suum rededit in servitum. Tunicas habebat asperas, & confusas, corporisque delicias vitans, ferrea catenula carnem castigavit.

Stupenda profus, & humanæ imbecillitati quodammodo inimitabilia sunt, quæ in genere hoc gessit Henricus Sulo, vir sanctitatis in opinione præcellens, quæ in ejus vita his verbis cap. 18. describuntur: Præ aliis quibuslibet exercitiis, cupidè admodum traheretur, ut aliquid suo in corpore gestaret signum sensibilis condolentis erga acerbissimam crucifixi Domini sui passionem. Effecit ergo ipse sibi crucem ligneam, longitudine palmi virilis, & congrua latitudine, eique infixit clavos triginta in honorem, vel memoriam omnium vulnerum Christi, quibus in nos suum est testatus amorem. Hanc crucem in dorso inter scapulas extendit in ipsa carne, & annis octo noctes, atque dies jugiter eam tulit in laudem crucifixi Domini sui. Deinde extremo anno etiam acris septem eadem impressit, quarum acies per mediam adiecit crucem, cui firmiter inhærebant: reliquam partem acium superius refecabat. Harum crucientationum actum pertrahit ob honorem, acutissimè doloris, quo Virginis matris cor, & anima in filii morte percussis confixa fuere. Quando hanc crucem primum nudo suo corpori adstrinxit, tenera ejus natura exhorruit: quomobrem ad saxum clavorum aciem paucillum reitit: sed illic ac nequitiam virili mollitie victum se dolens, demò eos omnes lima exavit, & ad corpus applicavit. Eas quidem dorso partes, ubi ossa extabant, crux ipsa sacrificabat, eruentumque cum reddidit, & læsit. Ubiqueque sive ambularet, sive recumberet, videbatur sibi hericis exuviiis operari. Si quis eum imprudens eò loci vel tetigisset, vel trussisset, lædebat illum. Ut verò crux eadem ipsi esset tolerabilior, salutiferum Jesu nomen illius longo inculpsit.

Hac cruce longo tempore bis quotidie se flagellabat hoc pacto: pugno crucem tundeat, moxque clavi in carnem adacti adeò infigebantur, ut cum vestibus eos cogeret extrahere. Fecit autem hæc adeò rectè, & providè, ut nemo facile id posset animadvertere. Primò se flagellabat in hunc modum, quando in sua meditatione ad eam pervenit columam, ubi Dominus

Dominus suus præ filiis hominum forma speciosus, tam immaniter fuit virgus, & flagris cæsus, rogabatque eum, ut suis vulnibus ipsius vulnera sanaret. Secundo flagellabat se, ubi cum Domino suo venit ad crucem, eique is clavus affixus fuit, etiam quæ etiam ipse se clavus atrinxit, eo animo, quòd nunquam ab illo vellet separari. Solebat etiam tercio se hac ratione cadere, sed non nisi, quando nimum sibi inordinatè delectationis indulisset in capiendi cibo, vel potu, vel ejusmodi aliis. Quodam tempore ex quadam negligentia, virginum duarum in loco publico ipsi coram aliis multis assidentium manus arripuit, ac tenuit, nihil penitus male cogitans, aut spectans sed hujus incuria citò cum valde penituit, putabatque eam rem minime inultam abire oportere. Cum ergo discessisset à virginibus, & in suum venisset sacellum ad locum quendam secretum, pro errato illo cæcidit se in crucem, adeò ut acuti clavi dorso ejus infingerentur. Nec hoc contentus, insuper excommunicavit seipsum, ut non auderet ingredi post matutinis preces in domum Capitularem ad consuetum orationis suæ locum, sequeque jungeret angelicis spiritibus, qui illic meditantipræsentè delectebant. Postea verò, cum pro hac culpa se penitus reconciliare vellet, multis sese ante penitentiam dire afflixit; & inciditque primò ad Judicis pedes, coram illo se se cum cruce flagellavit: deinde circa medium undique ad fanguis accedens, turgita vicibus sese eodem modo cæcidit, & ita ut sanguis per humeros dimanaret. Hac ratione dire expiavit delectationem illam, quam sibi inordinatè cepisse videbatur.

Absolutis nocturnis precibus, ad Capitulare sacellum pergens in secretum locum suum, centies in faciem profstratus, humum excolubatur: totidemque vicibus flexis genibus idem faciebat: habebatque ad singulas ejusmodi deofculaciones, peculiare quædam meditationes suas: unde nimum satis afflictus fuit proper crucem. Cum enim crucem ipsam fortiter ad corpus atringeret, propiusque illi applicaret, quam folium ligamina valorum; atque cum eadem cruce humi pronus collapsus centies terram oscularetur, in ipso casu, clavi ejus cum imprimantur: iidemque, cum refurgeret, rursus extraherentur, rursusque cadenti nova infigebant vulnera: quod illi revera magnum atulit dolorem, & cruciatum. Si uno mansissent fixi loco, erat id tolerabile. Ante hanc exercitacionem, aliam habebat: C

Confecerat ipse sibi flagellum, quod scutica dicitur: idque iusserat ancis, & acuminatis hinc inde obtudis aculeis instar styli acuti, binique aculei verbera illud media ex parte antevertebant, adeò ut singuli essent trifiduli, qua parte corpus tangebant, vulneraque inflingerent. Hujusmodi ergo flagello confecto ante nocturnas preces surgens, ad chorum templi ibat, coram venerabili Sacramento; & sese acriter cadebat aliquam multo tempore, donec id ad fratrum noticiam pervenisse sentiret; quo cognito, cessavit. Ipsi S. Clementis feris, quibus hyems adventat, quadam vice generalem fecit Confessionem: cumque noctis adesset silentia, in suo se cubiculo includens, nudatum corpus usque ad cilicium subligaculum, simulque brachia, & crura aculeato flagello suo usque adeò cæcidit, ut sanguis haud secus ex ejus corpore decurreret, quam si ferro sacrificatum esset. Erat in illo flagello recurvus quidam aculeus, utriusque speciei, qui, quidquid apprehendisset carni, extraheret. Percussit tum corpus suum tam perniciter, ut flagellum in tres scissum partes unà cum aculeis ad cubiuli parietes volitaret, atque una pars in ejus remaneret manibus. Stans igitur illic torus eruentus, ac seipsum intuens videbat miserandum sui corporis speciem, adeò ut sæpius quodammodo Christum crudeliter flagellato sibi similis videretur. Deinde ex quadam simplicis commiseratione flevit acriter; atque in illo hyemis frigore, ita ut erat nudus, & sanguinolentus, positus humi genibus, rogabat Deum; ut sua peccata penitus aboleret. Post hæc in Dominica quinquagesimæ, iterum more suo, dum fratres essent in mensa, suum ingressus cubiculum, postquam vestes detraheret, immaniter se verberavit largiter per corpus manante sanguine. Et, cum duriora sibi intenderet verbera, frater quidam audito flagellorum strepitu adventavit, sique desistit: at nihilominus, ut esset acrior cruciatus, aceto, & sale vulnera confrixit.

Sacro, die S. Benedicti, quo ipse in hunc miserabilem mundum fuerat editus, sub prandio in sacellum suum se contulit: quo observato, sese exuens arrepto flagello percutere cepit: tetigique in sancto brachio venam cordis, quæ mediana dicitur, aut aliam vicinam: ex qua tum sanguis ubertim prorumpit.

pens, in ima pedum digitos decurrebat, pavimentum ipsum largiter madefaciens: moxque brachium impendio intumescens, lividum accepit colorem. Unde territus non audebat amplius percutere. Eodem tempore, eademque hora, cum se hoc pacto verberaret, sancta quadam virgo Anna nomine, in alia urbe in castro quodam orationi incumbens, in visione ducta fuit ad eum locum ubi se cadebat ille, vixisset ictibus terrificis, nimum misera accessit ad eum propius. Cumque jam extento brachio percussurus erat, ipsa se interponens in suum brachium sibi visa est idum illum recipere. Reddita porrò sibi ipsi, eundem ictum reperit atro, luridoque colore in suo brachio designatum: atque evidens hoc certæ veritatis documentum multo tempore admodum ferè retinuit in suo corpore.

Hæc de Sufone in vita ejus referuntur, quæ gesta S. Dominici Loricati, vel æquant, vel superant; certè nihil illis inferiora sunt. Quæ dum, Christiane lector, legis, memor esto doctrinæ, quam ille ipse sanctus vir Henricus Sulo præscripsit cuidam spiritali filie suæ, quæ se Patrum antiquorum exemplo vestibus cilicinis, & funibus, horrendis vinculis, acutis clavibus ferreis, & id genus aliis multis castigationibus affligere, & atterere solebat. Si, filia vitam spiritualem pro meo consilio ducere decreveris, quemadmodum à me ipsa petisti, mistum fac ejusmodi nimum rigorem, & asperitatem. Neque enim vel femineæ imbecillitati, vel bene constitute nature, ac habitudini tua ea congruit. Non dixit Christus; Tollite meam crucem in humeros vestros, sed ait; Tollite quisque crucem suam. Non debet velle imitari Patrum antiquorum rigidam severitatem, nec etiam aspera spiritalis Patris tui exercitia. Sed ex his duntaxat quædam tibi desumas, quæ corporisculi tui infirmitas bene perpeti possit, ut vita quidem in te extinguas, & perimas, sed corpore diu vivas. Ea nimirum præclara est exercitatio, tibi que utilissima.

Cum autem illa scire vellet, cur ipse minister tam dura fuisset amplex exercitia, quæ tamen nec ipsi, nec alius consuleret sectanda, ad scripturas Patrum eam remisit, dicens: Lites proditum est, olim inter Patres quosdam penè inhumanam, ac supra quam credi possit, asperam egisse vitam, adeò ut hisce recentioribus temporibus delicati quidam homines non possunt id sine horrore, vel audire saltem. Non enim attendunt quantum fervens amor, & strenuitas cum Dei virtute conjuncta, & agere, & perpeti queat causa Dei. Hujusmodi ferventer amanti homini, omnia etiam impossibilia planè possibilia sunt in Deo. Ita David in Psalmis. In Deo meo inquit, transgrediar murum. Contra verò in iisdem Patrum vitis æquè annotatum legitimus, quosdam hanc asperitatem, & rigorem prætermisisse; & tamen utriusque ad unum spectabant scopum. D. Petrus, & Joannes Apostoli non eodem tracti fuerunt modo. Quis hæc omnia mira sanè absolvere, & explicare queat? nisi quod mirabilis est Deus in Sanctis suis; & secundum multitudinem magnitudinis suæ diversis vult modis laudari.

Deinde non omnes sumus eadem corporis, & nature habitudine præditi. Unde quod uni proficit, alteri officit. Non ergo putandum est, si quis fortassis talem rigorem amplecti nequeat ea impediri eum, quo minis possit summam perfectionem assequi, quamquam alia ex parte non debent homines molles, ac delicati, in aliis ejusmodi rigida exercitia, & asperam vivendi rationem spernere, aut damnare, vel in partem pejorem interpretari. Unusquisque tantum in seipsum intentionem sit, observetque, quid ab ipso requirat Deus; & illi satisfaciatis, aliis prætermisissis. Ut plurimum sanè satius est, moderatum, ac discretum sequi rigorem, & severitatem, quam nimiam ac indiscretam. Sed quia difficile est medium tenere, præcedat paululum à medio deficere, quam plus satis ipsum excedere. Fit enim haud rarò, dum natura nimum inordinatè subtrahitur, ut postmodum necesse fit inordinatè nimum illi indulgere: tamen plerique insigni sanctitate patres præ ardentissimo fervore hac in parte excesserunt. Ejusmodi rigida vivendi ratio, & exempla memorata illis conferre queant, qui sibi ipsi nimum propitii sunt, nimumque mollior se habeant, ac petulant, & indomito corpore suo in sui perditionem dedita opera abutuntur, &c. Hæc instructio, & dicitur, causa ex ipso Sufone adscriptis, inopertionum, ut arbitror, minime censeri poterit.

In vita S. Godofridi Episcopi Ambianensis tom. 6. Surii hæc legitimus. Habebat germanum fratrem, Odonem nomine, qui non solum Quadragesima, sed etiam aliis anni diebus, pane, & aqua

agua contentus, eamem multis affixit modis, quotidianique virgarum, & flagellorum ictibus contrivit.

Cum Carolus Borromaeus Cardinalis, non multo ante sanctissimum ex hac vita discessum, sepe pietatis causa, ad montem Varallium contulisset, ibi corpus incommode admodum, & severe tractare cepit, inquit Auditor, qui vitam Caroli conscripsit, lib. 6. in lignis tabulis fomnum capiebat, lodice tantum infratis. Confecto utebatur panis, & aquae alimento, durius quam antea corpus flagellabat, id, quod ex interula deinde, flagellisque sanguine aspersis apparuit, licet ipse studiosè occultasset.

Supradictis sanctimoniam praestantibus viris adiciatur B. Pater Philippus Nerius Congregationis Oratorii fundator, qui ut in vita ejus scribitur, vitam complures annos Eremiticam propemodum duxit, lacrymis se magis, quam pane reficiens; singulis diebus sese flagellis quam acerrimè cadens: super nudam humum cubans; simplicem panem cum pauculis nonnunquam olivis, herbulis, seu pomis adhibebat, & simplicem aquam ad potum adhibebat.

Alibi idem auctor de eodem Philippo, pag. 116. Excogitavit praeterea Philippus, quò vehementius ad Dei amorum consuetudinem pectora inflammaret, inflammataque ab omni incommodo, detrimento, molestaque sicera, & integra conservaret, ut eodem loco singulis quibusque diebus; hyeme, postrema hora diei; aestate, tertia & vigesima ad certum campanae signum Oratorium aperiretur, quo non solum nobiles fed etiam plebei oratum convenirent. Modus, qui tenebatur, is erat. Post dimidia horae secretam, ac mentalem, quam vocant orationem ad horologii normam dicentem, quatuor hebdomadae diebus, tertia & quinta feria, & sabbatho, ac Dominico die Litaniae recitabantur, quibus & publica, & privatae res commendabantur Deo: reliquis diebus, qui supererant, secunda, quarta & sexta feria, lucerna in laterna abscondita, quae papyraceam in anteriore facie, Salvatoris nostri in cruce acti effigiem habebat, quaeque sola a fratribus cerebatur, singuli qui eo conveniant, siniculis tanto temporis spatio sese percutiebant, donec recitato prius brevi Dominicae Passionis compendio (cui id est initium: Recordemini fratres charissimi) totus Psalmus quinquagesimus, & centesimus vigesimus nonus, atque antiphona Salve regina, vel alia quae temporis congrueret, moesta ac lugubri voce caneretur. Quae consuetudo Christianae pietatis plena, hodie apud Patres nostros magno cum animorum fructu perseverat.

Disciplinarum apud Graecos vix, quod sciam, extant exempla, aut vestigia. Unicui occurrit in praesenti locus apud Climacum, ejusque Scoliaften Eliam Cretensem, gradu quinto, qui flagrorum usum confirmare videtur, de quo consultus Raderus, haec ad amplissimum Dominum Marcum Vvellerum II. Virum Augustanum rescripsit.

Locum illum Joannis Climaci, & Eliæ Cretenfis, de flagris seu disciplinis jam pridem notaram. Is Graecè apud Climacum ita habet: Οὗ ἡ ἀποστολῆς διακρίων ἑαυτῶν κατὰ τὸν ποσόν. Quae verba in editione Veneta ann. 1198. vulgata ita sunt vesta. Alii qui non poterant lacrymari, verberabant se disciplinis. Ambrosius Camaldulensis, mea sententia, sententiam Climaci non est assecutus, qui ita vertit: Alii vero, quia lacrymarum imbres non habent, seiplos miserabiliter lamentabantur. Nam de lamentis etiam dixerat Climacus, & mox subiungit: plurimi, ut fieri in mortuis solet, super animabus suis ululatum dirae vocis emitebant. Elias Cretenfis illa verba: εὐαὶ κατὰ τὸν ποσόν, exponit, ἑαυτῶν ἀποστολῆς βέλωνας ἢ πλῆθυντας, seiplos stupendum in modum verberantes, & multantes. Utinam nobis ad manum esset Angeli de Cingulo sive Clarenii interpretatio, qui ante trecentos annos (divinitus, ut Ephraim, accepta Graecae linguae cognitione) Climacum transiit, forte inde contra Camaldulensem, quem alius aberrasse etiam deprehendimus, certam interpretationem confirmaremus.

Et in alia scheda idem Raderus. Locum illum de pectoris plantum non reor accipiendum, venerat enim & mihi prius in mentem ille intellectus verborum, sed cum ea, quae proximè praecedunt, aspersimè de tunfionibus illis agant, nequaquam reor statim idem repetitum, praesertim cum dicat auctor: Alii pectus percutiebant, suam vitam ad memoriam revocantes: alii lacrymis irrigabant terram; alii, qui non poterant lacrymari, verberabant se disciplinis. Porro de pectoris tun-

fionibus fixuens in eodem capite speciatim fit mentio his verbis: Quidam fortiter pectus percutientes, quasi starent E ad portam caeli, dicebant, &c. Rursum infra: pectora erant plena vulneribus, & doloribus, & livoribus sanguinis congelati ex verberibus, & tunfionibus. Margunii versio, quantum licet conjectare, verberationem flagrorum insinuat. ἀλλοι δὲ (inquit) πάλιν διὰ τὴν ἄσκησιν, ἡδύπονοι τοῖς ἰαυτοῖς ἐπὶ, alioqui idem diceret bis, eundem vocem in proximè praecedenti periodo usurpasset. Ἄλλοι δὲ ἰδιώματα παροτρυντὸν τὸ εὐδοῦν τῶν, id est, alios (vidi) qui assidue pectus tundebant, quibus, statim subiungit illa. Alii destituti lacrymis se verberabant, interceptis tantum illis verbis, alii pavementum madefaciebant lacrymis. Si ἰδιώματα originem trahit à δῖπῳ, uti planè videtur, tum rectius ad flagrorum diverberationem referetur. Hoc enim verbum in actis Apostolorum Zach. 5. usurpatur, cum Apostoli à Judaeis in Concilio cæsi sunt. Et certe Elias Cretenfis expositio fuisse interpretatus, si ad pectoris plantum, seu tunfionem referendam lententiam existimasset.

Et haec Raderi sententia multis probatur, quia δῖπῳ & δῖπῳ vulgari Graecorum lingua est, percussio, cado, ut patet ex Homilia Damasceni Monachi Studitae in S. Georgium, & utrumque natum est ex Graeco δῖπῳ, à quo vulgaris ille infinitivus apud eundem Damascenum, δῖπῳ pro δῖπῳ. Et ipsum κατὰ τὸν ποσόν, quod est se concidere, seu concindere longe aptius refertur ad disciplinarum flagra, quam ad pectoris tunfiones; illis enim potius, quam his corpus conciditur: terti non nego, sanctos istos, de quibus Climacus, ita etiam pectora contudit, ut sanguis è pectore percussio manaret. Fortè enim adhibebant sternotipia, seu pectoris percussione acutos lapides, quales nostri pictores imagini S. Hieronymi in solitudine versantis, & palmis pectora tundentis appendere consueverunt. Memorabile est, quod Gradu septimo de nonnullis scribit Climacus. Vidi ego apud quosdam supremum terminum luctus: sanguinem enim eos praè affixit, & percussio corde profundere ex ore conspexi, recordaturque sum ejus, qui dixit: percussus sum, ut signum, & aruit cor meum.

Nec viri tantum in hac palaestra depugnantes, Dominici Lorricati exemplo, facienda discipline mos adeò in nostris partibus inolevit, inquit, Petrus Damianus ep. ad Blancam Comitiss. Ἐν τῇ βίῳ S. Dom. ut non modo viri, sed & nobiles mulieres, hoc purgatorio genus inhianter arripere, nam & relicta Teohaldi subtilis utique generis, & non infima dignitatis, mihi aliquando retulis, praeraxam hujus disciplinæ centum annorum se penitentiam peregrisse.

De S. Elisabetha, Regis Hungarorum filia, & Landgravia Thuringiae haec in ejus vita legitur tom. 6. Surii. Archioi semet observationi dedens: sexto quoque hebdomadi die virgarum flagellis in tenerum corpus animadvertēbat. Item: Sanctiones Ecclesiasticas, & Christianas observationes, cum semper Elisabeth, tum Quadragesimae diebus religiose mancipabat effectui, non modo precibus, elemosynis, jejuniis dedita, verum etiam corpulculum crebris virgarum verberibus castigans.

De eadem Theodoricus in ejus Actis l. 2. cap. 1. Ἐν τῇ βίῳ 10. 5. Antiquè. Castigabat etiam plagis multis, & lacerabat diris verberibus carnem puella innocens, & pudica. In principio quidem diebus Quadragesimae, sextisque feriis aliis occultas solebat accipere disciplinas, laetam coram hominibus se ostentans. Post verò convalescens, & proficiens in gratia, deserto dilecti thoro surgens, fecit se in secreto cubiculo pro ancillarum manus graviter sapissime verberari. Absente marito, in vigiliis genuflexionibus, orationibus, & verberibus noctes deducens H reditum exspectabat.

De S. Catharina Senensis haec refert Auctor, qui res ejus litteris mandavit: apud Sur. tom. 2. Vestibus lancis utebatur: ciliçium catena ferrea commutavit. Ea catena stringebat tam acriter nuda ejus latera, ut propemodum carni concreta videretur, & c. Volens verò imitari S. Patrem Dominicum, multo tempore quotidie ter cadebat catena ferrea singulis vicibus ad sesquihoram, sanguine ad humeris in pedes manante, ut sanguinem pro sanguine redderet suo redemptori. Id genus autem castigationis, & afflictionis mirè extenuavit corpus suum, quod antea magni fuit roboris, ita ut etiam grandia onera suis humeris ad aedium suarum solatium alacriter deportaret. Ferebat autem mater ejus prope ubertim has ejus corporis macerationes. Itaque cum adverteret eam se catena verberate, alta voce ejulans dicebat: filia, filia, ego te jam video tuis manibus tibi certam necem afferentem. His vocibus jungebat gemitus,

gemitus, vellebat canos capitis sui, & ita se comparabat, ut non raro vicini omnes accurrerent, visuri quid accidisset verule. Cernens quoque cum cubare in tabulis, vi cam pertrahēbat ad lectum suum.

Quid eadem facta virgo gravissimis tentationibus exagitata fecit? Audi: Catena ferrea flagellat corpus suum, fundit sanguinem suum, adicit multum ad priores vigiliis.

De S. Heduvige Poloniae Ducissa haec accipe ex ejus Actis tom. 1. Surii. cap. 4. Ad nocturnas preces saepe ante signum surgebat, nec postea redibat ad lectum, ut somni beneficio se recrearet: sed pervigil in orationibus permanens, meditabatur nocte cum corde suo, & scopēbat non solum fufis lacrymis spiritum suum, sed etiam scoparum verberibus corpus suum, acerrimè illud flagellans, sub illis enim nocturnis precibus, quas Martinus vocat, in locum illum, qui Capitulum dicitur, ingre- diens, usque adeò se cadebat virgīs, ut guttae sanguinis de ejus corpore in solum manantes ab aliis postea viderentur. Nec contenta plagis, quas fuis ipsa manibus sibi inferebat, etiam qualdam familiares feminas permovit, ut ipsam crebro usque ad sanguinis effusionem flagellarent; quemadmodum postea illa cum lacrymis reterunt. Rogata enim aliquando domina Demundis, cur flecter, respondit: Et qui tandem possim non flere, quando cogor hominem flagellare, donec erumpat sanguis, in qua non nisi ossa sunt, arida cute cuncta? Dicebat hoc utique de B. Heduvige domina sua, cui femp̄ familiarissima fuit: eamque illa jubente, flagellis caecidit, idque praecipit in Quadragesima, in SS. vigiliis, diebus quatuor temporum, & sextis feriis ob memoriam Dominicae passionis. Soror quoque Victoria, monialis Trebnicensis, sum jussit, tum precibus ejus compulsa, illam eundem in modum sapissimè flagellavit, ut post examinatos ab ejus ore didicerunt.

Ita nimirum caelestis haec colona, mente in caelis habitans, cultura spiritali carnis humum quotidie virgīs profundeabat, solemnibus duntaxat diebus excoctis, sed neque morbi cum revocarunt, quò minus etiam malè valens se virgīs cadi juberet. Et nitebatur illa quidem hujusmodi duras corporis castigaciones, quas ab aliis clam sibi volebat adhiberi, reliquos penitus clare: sed tamen id obtinere non potuit: praesertim, quod acres virgarum, vel flagellorum ictus, pedifexarumque, foris praestolantium, aures ferirent. Itaque nec fores diligenter obseratæ, nec custodes, quae sufficerent, illis apposite, id efficere poterunt, ut ad hominum notitiam non pervenirent, sed quia paucis explicari non potest, quemadmodum haec Christi famula carnem suam continenter crucifixit cum vitis, & concupiscentis, verba Dominæ Annæ nurus ejus, caput hoc de asperitate vite ejus absolveret. Ea enim dicere solebat: vitas multorum Sanctorum cognitas habeo; sed nunquam quidem in illis tam durum, & asperum didici, quod non in Heduvige aut majus, aut consimile persexerim.

MARGARETHA Virgo Regis Hungariae filia, praeter cetera castigacionis genera corpus suum multis ictibus flagellabat. Nocte qualibet post disciplinam, cum aliis communiter acceptam, secedentibus ceteris, tursus ipsa se cadebat virgīs, vel virgulis spinosis, vel cum virgulis circumpositis pellicibus aculeatis ericit, jubebat se ab aliis verberari usque ad sanguinis effusionem: qua licet horretent, atamen contradicendum non audentes, obediebant invitæ, & inter cadendum plorabant. Ducebat autem casti cae loca secreta, ut clam verberaretur, ne ab aliis posset animadverti. Tantum vero fatigabatur quidem verberando eam, ut vix posset respirare, & quamvis quosdam verbera quotidie perferret, specialiter tamen die sancto Coenz, & duobus aliis ante Pascha, singulis horis diurnis, & nocturnis, tantis se afficiebat verberibus, & flagellis; ut sanguis ex ejus corpore ubertim emanaret. Quadam nocte, cum esset densissima tenebra, duxit quandam forentem ad locum admodum secretum, ut ibi manibus ejus verberaretur: ubi cum se spoliasset, & carnem nudam exposuisset, lux copiosa de caelo super eam descendit, & totam illustrans domum, tam diu duravit, donec completa verberatione vestes resumpit: quibus ubi se induit, lux evanuit, & duæ foretes, quae hoc viderant, accurrerunt, & se precibus ejus commendaverunt. Sur. tom. 1.

Vilhelmus Parisiensis in Rhetorica divina cap. 28. agens de illis, quae ad preces pie, ardentere concipiendas conducunt; Est, inquit, aliud adiutorium orationi grande, atque fortissimum. L. B. Theat. vit. Human. Tom. 11.

num, ipsa afflictio, seu tribulatio, propter quam clamatur ad Deum. Propter quod ab ipso Spiritu sancto edocti affligebant E se, cum orationibus suis impetrare vellent magnum quid à Domino: quod adhuc servat omnis Ecclesia sanctorum, affligens se jejunis, ciliciis, laboribus, & flagellorum etiam disciplinis: Ubi vides quam disciplina in Ecclesia usitata fuerint eo tempore, quo iste auctor vivebat.

Et ne Imperatores maximos quisquam in hoc Catholico requiratur, scribitur in vita Imperatoris Caroli magni à Pirtheo eductum est corpus ejus vestimentis imperialibus, & sudario sub diademate facies ejus operata est. Cilicium ad carnem ejus positum est, quò feretò induebatur, & super vestimentis imperialibus pera peregrinalis aurea posita est, quam Romam portare solitus est. Et tantus monarcha perpetuò cilicium ferre consueverat.

LUDOVICUS Caroli II. Siciliae regis F. postea Episcopus Tolosanus, antequam in ordinem receptus esset, utebatur aspera interula, cingebat lumbos duro fune, & nodis exasperato, semper vestitus cubabat: noctu semper, ac interdum non raro ferreis catenis fragilem, & rebellem carnem sua manu, aut foci frater castigans, motus & illius libidinem summo rigore cohibuit. Sedulus in vita.

ALOYSIUS GONZAGA Marchionis Castilionensis S. R. I. Principis filius primogenitus, inter medias aulæ delicias, abstinentiae corporis, afflictaciones, & asperitates jungebat, qua minimè tribus per hebdomadam vicibus disciplinarum flagris usque ad sanguinis effusionem se cadebat. Postremis annis, quibus vixit in saeculo, quia Religionem P. Ignatii Lojolae amplius postea fuit, quotidie disciplinam faciebat, &c. Virg. Caparus in vita l. 1. c. 6. §. 9.

Quid memorem invictissimum illum Carolum V. Casarem, & orbis Monarcham; de eo memorie prodium, quod flagello non femel carnis stimulus repreherit, ac seipsum ita acriter caeciderit, ut sanguis corpore erumperet, ipsumque flagellum F. Philippo II. Regi Catholico, velut mnesofyni vice reliquerit. Qui hoc ipsum paucis antequam meliorem coronam accepturus hinc emigraret diebus, Filio suo Philippo nuper etiam extincto, & illius forori Isabella, Belgicarum ditionum postea Principi, ac moderatrici prudentissimæ, ante oculos posuit, & sanguineis notis maculatum ostendit, dicens: Intuemini hunc sanguinem sanguinis mei, hoc est: Caroli patris mei, quo adhuc rubet. En flagellum quo corpus suum castigare solebat. Refert Laur. Bejerlinck in opere Chronographico ad annum 1498.

EXEMPLA ILLORUM, QUI DISCIPLINAS AB aliis sua sponte excipiunt.

Agmen ducat S. Archiepiscopus Colonienfis: de quo haec in ejus vita, tom. 6. Surii, l. 1. c. 5. Pernoctabat plerumque in orationibus, & per Ecclesias paucis, ac certis comitibus, interdum uno tantum puero contentus, discurrens nudis pedibus, nonnunquam etiam cilicio ad carnem indutus, siens procedebat. Et diem quidem in disponendis privatissimis, seu publicis negotiis, noctem verò totam in Dei opere exendebat. Nam tunc penitentiam agere, errata confiteri, commissa deserre, ob corporalis quoque flagelli castigacionem, inferioris personae manibus tantus Pontifex humiliare se non erubuit.

Quam verò ab aliis suscipere, & excipere solebat disciplinam, eandem impertit quoque Henrico Regi, de quo haec in eadem historia legitimus, ibid. c. 6. Rex Henricus Romanorum Patrius, scepra regalia moribus, prudentia, & gloria regulariter obtinens, ac justissimis legibus tam in divinis, quam in humanis administrans, ita se exterius agebat ad populum, ut sui tamen non oblivisceretur interiori. Considerans enim tanti nominis majestatem longè suis praecellere meritis, nunquam insignia regalia sibi praesumpsit imponere, nisi clam Confessionis, ac penitentiae, verberum insuper satisfacione, licentiam à quolibet sacerdotum suppliciter mereretur. Ergo tempore quodam magna imminente festivitate, cum Pontifex, Duces, ac Comites, & cujuscunque ceteris dignitatis, seu ordinis viri, regiam undique properarent ad curiam, cum ad ipsum mos, & honor impositis trabantur exigeret procedere, non inficis sanctitatis, & vix probatissimi inter Praesules Annonis, ut suae consuetudinis servare institutum, supplex, & penitens eum cepit adire. Mox facer antistes auctoritatem plenus, tali negotio imperialem parvipendens magnificentiam, sicut parere solitus erat inopi, & pauperi, sic opportunitatem adeptus, misericors sine misericordia favere cepit in Fff 4 prin-